

## Passage 1

*The giant Atlas joins the wrong side in a war between Saturn and Jupiter, and is punished. Hercules later asks a favour.*

Saturnus primus rex deorum erat. Iuppiter tamen, filius eius, patrem e caelo expulit. Saturnus igitur, ut regnum suum reciperet, auxilium ab amicis petivit; inter eos Atlas ad caelum ascendit. sed Iuppiter omnes vicit et Atlantem punire constituit: eum caelum in capite ferre coegit. Atlas in horto suo poma aurea habebat. Hercules a  
5 Iunone iussus erat nonnulla horum pomorum ei ferre. Atlantem igitur rogavit ut tria poma sibi daret. Atlas 'hoc faciam' inquit 'si caelum unam horam tenebis.' caelo in capite Herculis posito, Atlas abiit ut poma quaereret. ubi tandem rediit, quod caelum iam tenere nolebat, promisit se ipsum poma deae traditurum esse.

### Names

Saturnus, Saturni	<i>m</i>	Saturn (a god)
Iuppiter, Iovis	<i>m</i>	Jupiter (a god)
Atlas, Atlantis	<i>m</i>	Atlas (a giant)
Hercules, Herculis	<i>m</i>	Hercules (a Greek hero)
Iuno, Iunonis	<i>f</i>	Juno (queen of the gods)

### Vocabulary

expello, expellere, expuli, expulsus	I drive out
pomum, pomi	<i>n</i> apple
aureus, aurea, aureum	golden

Answer the following questions based on part of the story you have already read.

Saturnus igitur, ut regnum suum reciperet, auxilium ab amicis petivit; inter eos Atlas ad caelum ascendit. sed Iuppiter omnes vicit et Atlantem punire constituit: eum caelum in capite ferre coegit. Atlas in horto suo poma aurea habebat. Hercules a Iunone iussus erat nonnulla horum pomorum ei ferre.

- (a) Identify an example of the accusative case in line 1 [1]
- (b) *auxilium ab amicis petivit* (line 1): identify the case of *amicis* and explain why this case is used here. [2]
- (c) Identify an example of the perfect tense in line 2. [1]
- (d) *in capite ferre* (line 3): identify the case of *capite* and explain why this case is used here. [2]
- (e) *caelum . . . ferre coegit* (line 3): identify the form of *ferre* and explain why it is used here. [2]
- (f) *Atlas . . . poma aurea habebat* (lines 3–4): identify the tense of *habebat*. [1]
- (g) Pick out a pronoun in line 4. [1]

## Passage 2

*Tiberius Gracchus introduces new laws to help the poor in Rome, but angers the senators.*

eo tempore Tiberius Gracchus, iuvenis optimus atque patris clarissimi filius, tribunus factus est. Gracchus, qui miles fortis antea fuerat, multas virtutes habebat sed urbem Romam in periculum grave adduxit. nuntiavit enim se novas leges facturum esse ut agros civibus pauperibus daret. multi igitur ei favebant. 5 nam pauperes saepe nec terram nec cibum habebant; Gracchus eos defendebat contra divites qui multam terram plurimosque servos habebant. itaque multi cives novas leges vehementer laudaverunt. Gracchus tamen iram senatorum celeriter incitavit, quod consilium eorum non petiverat. nonnulli etiam timebant ne Gracchus se regem facere conaretur.

### Name

Tiberius Gracchus, Tiberii Gracchi	<i>m</i>	Tiberius Gracchus ( <i>also called just Gracchus</i> )
------------------------------------	----------	--

### Vocabulary

tribunus, tribuni	<i>m</i>	tribune ( <i>a type of Roman official</i> )
lex, legis	<i>f</i>	law
pauper, pauperis		poor
dives, divitis		rich
incito, incitare, incitavi, incitatus		I provoke, I stir up

## Passage 3

*After Scipio persuades the senators to attack Gracchus and his supporters on the Capitol, Gracchus is killed.*

senatores igitur, ubi cognoverunt Gracchum comitesque ad Capitolium convenisse, in foro cogitaverunt quid facere deberent. Scipio, qui consul tum erat, timebat ne Gracchus imperium senatorum delere vellet. itaque omnes hortatus est ut Romam ex hoc periculo servarent. quibus verbis auditis, senatores  
5 statim ad Capitolium festinaverunt arma ferentes. ibi Gracchus amicique omnia parabant ut eis resisterent. senatores tamen eos tam ferociter oppugnaverunt ut plurimi perterriti fugerent. ceteri, qui Gracchum summa virtute defenderant, mox oppressi sunt. dum Gracchus ipse de Capitolio currit, ad terram forte cecidit. eum surgere conantem Lucius Rufus gladio vulneravit. hoc modo Gracchus,  
10 vulnere gravissimo accepto, mortem crudelem passus est. eodem die corpus eius in flumen iactum est.

### Names

Gracchus, Gracchi	<i>m</i>	Gracchus
Capitolium, Capitolii	<i>n</i>	the Capitol ( <i>a hill in Rome</i> )
Scipio, Scipionis	<i>m</i>	Scipio
Lucius Rufus, Lucii Rufi	<i>m</i>	Lucius Rufus ( <i>a senator</i> )